



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCLV. Der General - Vicar des Verden'schen Bischofs bestätigt Altäre in  
Salzwedel, am 15. Oktober 1391.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](#)

CCLIV. Der Propst in Bardewyk überläßt das Patronat über die Kirche bei Henninge dem Kloster zum heil. Geist vor Salzwedel, am 15. September 1391.

Conradus de Driborgh, decretorum doctor, prepositus Bardewicensis in ecclesia Verdensi, honorabilibus et Religiosis viris preposito et Conuentui monasterii sancti Spiritus extra muros Soltwedel, Ordinis sancti Augustini canonicorum Regularium, sinceram in Domino caritatem — — Hinc est quod donacionem et legationem Iurispatronatus de ecclesia parochiali in Henninge, matris, et Capelle beate marie magdalene in monte ibidem, filie, in districtu Cuueldensi existente, ex vniione fraterna ad preposituram nostram Bardewicensem pertinente, preposito et Conuentui Monasterii sancti Spiritus secundum factam ratificationem et ordinationem Reuerendorum patrum pie memorie fratris Danielis et Hinrici, Episcoporum ecclesie verdensis, ac consensu capitulo ecclesie eiusdem inde consecutos secundum tenorem literarum defuper confessarum presentibus ratificamus, salvo quod prepositus Bardewicensis pro tempore existens suis non fraudetur iuribus, si que eidem in ecclesia parochiali et filia predictis hactenus competitabant. Datum in Verda, Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XCI, in octava nativitatis marie virginis gloriose, nostro sub sigillo presentibus appenso.

Danneil's Kirchengesch. der Stadt Salzwedel, S. 22.

CCLV. Der General-Vicar des Verden'schen Bischofs bestätigt Alitäre in Salzwedel, am 15. Oktober 1391.

Conradus de Driborg, decretorum doctor, prepositus Bardewicensis in Ecclesia Verdensi, reuerendi in Christo patris domini Ottonis, Episcopi Verdensis, in spiritualibus vicarius generalis — Hinc permoti nonnulli viri deuoti Christo militantes ad laudem ac reuerenciam saluatoris nonnulla beneficia seu altaria sanctorum videlicet Marie Magdalene, Stephani, Johannis baptiste, Johannis evangeliste, Marie virginis et Corporis Christi ad presentationem Stephani Turitze, undecim milium virginum, Andree, Elisabet, Jacobi Symonis apostolorum, Dyonisi, Pauli, Matthie, in veteri cimitati Soltwede, necnon Petri et Pauli in capella sancti Laurencii, Jacobi et Marie Magdalene, Martini in noua cimitate Soltwede, certis bonis adiunctis et applicatis et dotatis fundauerunt, exerent ac de novo suis stipendiis fieri procurauerunt, sperantes se viceuersa premium condignum ante tribunal districti iudicis suscepuros. Ut ergo deuote facta — — stabilitate et firmitate gaudent pleniori, et ne ad usus prophanos Deo data et dedicata trahi contingat, a nobis — — petierunt ad cautelam confirmari, licet in antea confirmaciones pro singulis altaribus predictis sint obtente, de quibus tamen per literas sigillatas suorum superiorum, ad quos de iure confirmaciones beneficiorum (spectare) dinoſcuntur, ad plenum non constat nec est plena fides. Quapropter eorum petitionibus annuentes omnia prenominata altaria seu beneficia ut premittitur fundata et dotata secundum eorum fundacionem auctoritate nobis commissa presentibus roboramus et ad cautelam confirmamus. Datum Luneborg, anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo primo, XV

die mensis Octobris, nostri vicariatus sub sigillo presentibus appenso in testimonium omnium premissorum.

Danneil's Kirchengesch. der Stadt Salzwedel, S. 22—23.

CCLVI. Prozeß=Verhandlungen gegen den Propst und die Stadt Salzwedel und über die Belegung der letztern mit dem Interdict wegen eines in dieselbe eingebrochenen, gegen ein geistliches Lehn zu Danneberg verübten Kirchenraubes, von 1391—1394, Schluß vom 25. Juni 1394.

Johannes, Prepositus Ecclesie Lubicensis, Judex vnicus cause et partibus infra scriptis a fede apostolica specialiter deputatus, Vniuersis et singulis Prelatis tam Cathedralium quam Collegiarum Ecclesiarum Canonicis, Ecclesiarum parochialium aliorumque diuinorum Rectoribus, presbiteris, Tabellionibus, Notariis publicis et clericis quibuscumque per Maguntinensem, Bremensem, Magdeburgensem, Hildefemensem, Halberstadensem, Lubicensem, Hauelbergensem et verdensem provincias ciuitates et dioeceses et alias vblibet constitutis Salutem in domino et mandatis nostris infra scriptis ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Nouerint quod alias ad instanciam discreti viri Johannis vlogel, perpetui beneficiati in Capella beate Marie virginis in Castro Dannenberghe, verdensis dioecesis, contra dominum Albertum Conow, prepositum, proconsules et consules Opidi Soltwedel, eiusdem dioecesis, certos processus emissimus tenoris infra scripti: Johannes, prepositus Ecclesie Lubicensis, Judex vnicus cause et partibus infra scriptis a fede apostolica specialiter deputatus, Vniuersis et singulis Prelatis tam Cathedralium quam collegiarum Ecclesiarum Canonicis, Ecclesiarum parochialium Aliorumque diuinorum Rectoribus, presbiteris, Tabellionibus, Notariis, publicis et clericis quibuscumque, per Maguntinensem, Bremensem, Magdeburgensem, hildefemensem, halberstadensem, hauelbergensem, Brandenburgensem, verdensem, Mindensem, Paderbornensem, zwerinensem, Razeburgensem et Lubicensem Prouincias, Ciuitates et dioeceses et specialitet in opido Soltwedel, dicte Verdensis dioecesis, et alias vblibet constitutis, qui ad execucionem presentium quomodolibet fuerint requisiti, Salutem in domino et mandatis nostris infra scriptis ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Nouerint quod alias constitutus coram nobis discretus vir Johannes vlogel, Clericus, perpetuus beneficiatus in Capella beate marie virginis in Castro Dannenberghe, dicte Verdensis dioecesis, quasdam literas sanas integras et illefas, vera bulla plumbea in filo canopis more Romane curie pendente sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Bonifacij pape moderni bullatas, non cancellatas, non abolitas, sed prorsus omni vitio et suspicione carentes coram nobis ac Notario et testibus in medium produxit, Quartum literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Bonifacius, Episcopus, seruus seruorum dei dilecto filio preposito Ecclesie lubicensis Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius Johannes vlogel, Clericus, perpetuus beneficiatus in Capella beate Marie virginis in Castro dannenberghe, verdensis dioecesis, petitione monstrauit. Quod olim in prouinciali consilio Maguntinensi, per Archiepiscopum Maguntinensem et suos suffraganeos qui tunc erant, tantopere celebrato, statutum fuit et eciam ordinatum, ut quicunque personas ecclesiasticas Ciuitatis vel dioecesis aut prouintie Maguntinensis, eorum